



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 61. Mauritii expeditio in Brabantiam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

tamen hac solertia undecim dierum spa-  
tio plusquam centum naves intra oppi-  
dum receptæ sunt, recenti milite, ac  
copioso belli apparatu instructæ, quibus  
suppetiis freti Oppidani ad sustinendos  
obsidionis labores obfirmatum præfefe-  
rebat animum, quamvis haud parum  
eorum decresceret numerus; quamplu-  
rimos enim ingens morborum vis ab-  
sumperat, alios vero non paucos par-  
tim calamitatum pertinacia, partim  
melioris conditionis spes ad transfu-  
gium pellegerat; quippe Albertus cre-  
bris per sagittas in oppidum immis-  
literis præclara prorsus præmia trans-  
fugientibus pollicebatur.

Sæc. XVII.  
A. C. 1602.

## §. LXI.

*Mauritii expeditio in Brabantiam.*

**M**auritius Protestantium Bellidux, *Grotius*  
cum Archiducem ab Ostendanæ *Hist. l. II.*  
obsidionis proposito nullo pacto abduci  
posse animadverteret, copiis tam ex  
*Mercur.*  
Anglia quam Germania contractis Bra-  
bantiam vel Flandriam invadere consti-  
tuit. Itaque lustrato ad Cliviam exer-  
citu cum viginti duobus Peditum mil-  
libus, & Equitibus quinques mille in  
Brabantiam contendit, occupatis ibi-  
dem, quotquot posset, oppidis, in Flan-  
driam postea profecturus, ut pericli-  
tanti

*Belgi. ad**ann. 1602.*

Sæc. XVII. tanti Ostendæ subsidium afferret. Con-  
A.C. 1602. perto hoc Mauritii consilio Albertu-  
 nulla mora Mendozæ Arragonensi Architalasso præcipit, ut hosti Mosam mo-  
 transituro sese opponeret, ac cum suis  
 copiis itinere Tilæmontem versus facit.  
 Friderici Spinulæ, qui ex Italia cum  
 octies mille & quadringentis Namus  
 cum venerat, sese conjungeret. A  
 jussa igitur in campo dimidia leuca Tha-  
 nis remoto castra metantur Catholicis  
 hostis adventum præstolaturi: attamen  
 Mauritius mutato consilio ad Sancti  
 Trudonis Oppidum trium horarum spaci-  
 tio Thenis dissitum castra ponit, inde  
 vero Archithalassum per fecialem ac  
 prælium provocat, qui respondit, „ju-  
 „sum se regioni huic præsidio esse, non  
 „prælio decertare: proin si castra su-  
 „oppugnatum veniret, prælii copiam  
 „fore,“ hoc responso territus Mauri-  
 tius, cum hostem expectatione sua va-  
 lidiores cerneret, vim repellere tutius  
 fore, quam inferre censebat, quo circa  
 die octavo Julii flumine tribus pontibus  
 juncto instruetam aciem toto die tenuit.  
 atque aliquot diebus nulla re gesta con-  
 sumptis exercitum reduxit.

§. LXII.  
*Gravia a Mauritio deditio capta*